



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreae Copensteinii, Ordinis Prædicatorum  
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ  
Calvino-Catecheticæ**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Moguntiaë, 1626**

Ad Qvæst. XIII. Possumusne ipsi per nos satisfacere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35247**

bile non datur obligatio. At Calvinismus pertendit etiam regentis Deum præcepisse impossibilia: Idque iam refutavi.

2. Irregeno post lapsum etiam aliquam faceret iniuriam Deus: (Seposita culpa irregenti, & causis Dei; & naturæ viribus in se præcise consideratis.) 1. Quia, S: p. 11. *Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit DEVS*: Ergo & legem naturalem, ipsi naturæ parem ordinavit; ac proinde naturæ soli factu possibilem. Liqueat in *Luthero-Caluinista meo* p. 4. q. 42. & 43. Quare si Autor naturæ huic, quæ tali soli, præcipere aliquid supra eam, tunc disponeret supra mensuram, non *inmensuram*; abiret ab ordinatione sua; foret mutabilis; negaret seipsum; induceret Inæqualitatem inter datum, & exactum: esset iniustus tum præcipiendo impossibile, tum exigendo; ut qui minus dedisset, & plus peteret, contra æqualitatem iustitiæ naturalis.

Deinde, Minister, ut ab iniuria Deum purget, inquit, *Hominem propter naturam suam per peccatum TOTALEM corruptionem, non posse Legem DEI perfecte servare*; & tamen iuste exigere Deum, quæ homo vel regentis præstare non queat; minus irregentis. Ut de eam iustitiam Dei, ob culpam hominis, & causam Dei; quid attinet corruptionem ut *TOTALEM* amplificare? Et forsitan errare? Cum enim *Natura* dicat duo: Essentiam, & Qualitatem: *Corruptio* item duo: Extinctionem, & Debilitationem. *Natura* humana in se suisque essendi principiis, nec est extincta peccato, nec debilitata: In qualitate vero non extincta, sed debilitata est per privationem gratiæ, quæ ante lapsum roborabatur. Itaque *Totalem corruptionem* indistinctè affirmare, errare est. Sed non reor ita sentire Ministrum; scribere tamen liquet. *Somnariis, non dormierit, aut crasse errarit*; ceu de me affirmat; nondum affirmo. Istud mecum affirmat, regentis Deum perfecte servare debere: at posse negat. De quo infra ad quæstio. 114. videbitur.

### AD QUÆST. XIII.

*Possimusne ipsi per nos satisfacere?*

CALVINVS Inst. 3. c. 4. §. 25. Negat pernicaciter. Nam ait, *quid est remissio, nisi liberalitatis donum?*

*Cur deinde Gratis additur, nisi ad tollendam OMNEM satisfactionis opinionem? &c.*

MINISTER cum Catechesi parciter negat: *Nulla ex parte: Quin etiam debitum in singulos dies augemus.* Explicat ita: Cum iustitiæ Dei retributiua sit pro peccatis satisfaciendum; *Satisfactio autem sit debiti de iure solutio*; idque vel præstando legem perfectè debitum: Vel luendo; & nam per legis transgressionem meritam; nam peccatum est debitum: Vtroque modo satisfecit iustitiæ Dei pro nobis Iesus: Neutro autem modo possumus nos satisfacere per nos ipsos.

Suadet ita: 1. Quia, Non possumus satisfacere præstando legem perfectè; quia hoc non possumus, demonstratum est quæst. V. Quin etiam iohannes super, Jac. 3. *in multis offendimus omnes.* Imò tamen etsi legem perfectè impleverimus, ea impletio esset debitoria pro præterito; ideoque non potest esse satisfactoria pro præterito; scilicet præcedens ex Adami peccato reatus nulla subsequente obedientia tolli potest, non magis, quam ipsum peccatum: adeo immutabilis Dei voluntas est.

Non luendo penam meritam æternam; ut quæ nunquam satis perferri potest; ideo nulla apud inferos satisfactio, nulla & liberatio est.

2. Quia Parochus approbat, quod carpit. 1. Dicit: Nos per nos satisfacere posse aliqua ex parte; *Nisi debitum in singulos dies augemus, peccata peccata cumulantur*: atque augemus. Ergo nulla ex parte satisfacimus. Deinde ad illud Iob: *Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille*; dicit: *Ex rigore iustitiæ, verum est; at poterit, ut promissionis facta.* An non docet idem, quod noster Catechista, qui etiam intelligit iustitiam Dei secundum rigorem, non secundum *imbecitiam*, vel ratione promissionis.

3. Infert: 1. Itaque patet falsitas parochiana; Non possumus per nos Deo satisfacere aliqua ex parte. Atque adeo blasphemus est in Christum. Et eius satisfactio nem perfectissimam pedibus conculcat Bellarminus l. 1. purg. c. 14. sect. 12. Et l. 6. de iustif. c. 3. sect. 6. Et Salmeron: Et doctrina Ecclesiæ Romanæ implicat tota asserens satisfactio nem aliqua ex parte.

2. Ratio est: Quia imperfecta satisfactio non est vera, sed nulla: Quo usque enim aliquid restat, non est satis.

3. Directè est contra Scripturam, 1. Tim. 2. de Vno Mediatore: *Isa. 63.* de Solo torculari calcante: *Hebr. 10.* de Vnica oblatione consummata: *Heb. 9.* de Æterna redemptione inuenta per Sanguinem Christi nos purgantem.

4. Si salus nostra etiam ex aliqua parte est ex nostra satisfactio; ergo frustra Christus satisfecit: iuxta Gal. 2. *Si per legem est iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.*

RESPONDEO AD I. Possimus aliqua ex parte



parte per nos satisfacere; idque tum præstando legē quadantenus perfectē; vel utrad quæstionem V. supra patet: tum luendo pœnam temporalem, vel hac in vita voluntariam, aut in purgatorio necessariam. Vide in meo *Lutherocalu* part. 1. q. 91. & par. 3. q. 99. & 100. & par. 4. q. 81. 82. 83. Itemque in *Antichristo* p. 2. qq. 38. 39. 40. Isthic copiosa breuitate distincte, ordine, ac solidè ex Bellarmino omnia. Addo, mutuoque nihil: Nisi quod Ministri Apologia hinc scateat hæresibus penè tot, quot crepat sententias.

AD II. Nego consequentiam in ridicula ratiocinatione tali Ministrali: Possimus ex aliqua parte satisfacere; & peccata augemus: ergo ex nulla parte satisfacimus. Præmissæ sunt meæ, & veræ: conclusio est tua, & hæretica. Patet ex meis *Lutherocalu*: citatis. Ergo quod carpo, id reprobo, & anathematizo.

Deinde dixi: istud, Homo non poterit Deo respondere vnum pro mille; *ex rigore iustitiæ, verum est*: id est: non potest ei satisfacere de Condigno: at potest ex Congruo, *ex aliqua parte*. Quam correctionem recte opposui Caluinismo, *de nulla ex parte*: Nec approbo, quod carpo; sed distinguo.

AD III. I. Contradicit Minister ipse sibi, & falsum asserit mihi. Nam Ego assero, Posseregenitos nos per nos satisfacere *aliqua ex parte*: Et Minister ideo me hætenus impugnavit, vultque, *Nulla ex parte* nos posse seu regenitos, seu irregenitos.

2. Ad Rationem dico: hoc, *Imperfecta satisfactio est nulla*: est contradictio, & Sophisticatio vana. Respectu nostri perfectum dicitur, quod respectu Dei est imperfectum.

3. Ad Scripturas Dico: Eæ loquuntur de *Primario* Mediatore, & Redemptore per Sanguinem; de que vnica oblatione cruenta, vnde ad incruentitas vis omnis dimanar.

4. Ad istud: *Si per legem*. &c. ibi fit sermo de Lege Vetere Iudaica cæremoniali; non de Noua Christiana. De merito Christi passi vide in meo *Lutherocaluinista* part. 1. qq. 59. 60. 61. 62. & part. 4. qq. 51. 53. &c. & p. 4. q. 64. Inq. *Antichristo* par. 1. q. 15. 16. & supra hic ad quæst. 1. in 2.

## AD QUÆST. XXI.

## Quid est Fides?

MINISTER in Caluino-catechetica descriptione colligit sex à me correctæ, & in totidem status quæstionum ieducit.

## I. An fides iustificans sit Notitia?

CALVINUS Instit. 1. 3. c. 2. §. 3. Affirmat: *Ignorantiam humilitate temperatam Fidei nomine insignire, absurdissimum est. Fides enim in Dei, & Christi COGNITIONE, non in Ecclesia reuerentia, iacet.* &c.

MINISTER, & Catechesis aiunt, esse quoque certam.

Suadet I. Quia fides Iustificans includit in se Historicam, & Temporariam, id est, professionem oris, defestibilem tamen: At hæc vtraque est Notitia: ergo & Iustificans.

2. Quia, Ioan. 6. *Nos credimus, & Cognouimus te esse Christum.* Ioan. 17. *Hæc est vita æternæ Cognoscant te.* Heb. 11. *Per fidem Intelligimus.* &c.

3. Quia fides est fiducia; at hæc sine certa notitia nec cogitari potest: ergo & illa.

4. Quia fidei sedes est in intellectu: ergo est notitia.

NOTAT hic: Multa credimus, quæ non intelligimus secundum *de diu. 1. cur, & quomodo* ita sint: vt Trinitatem, Creationem, Incarnationem. &c. Sed nil credere possumus, quod non scimus esse verum, i. secundum *de diu. 1. id est, quod sit Trinitas, creatio, &c.* Ideo nugatur Bellarminus l. 1. de iustif. proferens testimonia Patrum ad probandum; Fidem non esse notitiam, sed ignorantiam simplicem, etiam *de diu. 1. cum de ea loquantur, quæ est de diu. 1. Falsa igitur est Romana fides implicita, seu Carbonarij, respondentis; Credo, quod Ecclesia: & hæc credit, quod ego.*

RESPONDEO hic, quod in meo *Lutherocaluinista* par. 4. q. 54. inq. *Antichristo* par. 4. q. 30. Fides non est propriè notitia; sed Assensus; non Apprehensionis fidem præcedentis; sed Iudicij, quod sequitur Autoritatem proponentis; neq;

B 2 quod